



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Aspiratio ad cœlum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO

## VIII.

## AMOR DEI,

*Aspiratio ad caelum.*

*Ubi cor, ibi oculus.* Ubi affectus cordis, ibi oculus  
 cogitationis. Amor ad caelum aspirat; quia in  
 celo est eius thesaurus: in caelum erigit affectum; quia  
 in celo figit suum obtutum. O Domine, *adveniat*  
*regnum tuum*, regnum caelorum, regnum gloriae, re-  
 gnum perfecti amoris. Sumus in regno gratiae, sed non  
 ad hoc, quod convenit tibi: non sufficit ad no-  
 stram pacem & quietem, & ut gaudium nostrum sit pla-  
 tum. Aperiat alud regnum gloriae. *Ostende mihi fa-  
 ciem tuam. Can. 2.*

O Deus meus, quando erit, ut non amplius celatam  
 figuris creaturarum, sed revelatam in proprio lumi-  
 ne tuo, sine medio, videam Divinam faciem tuam?  
*Quia vox tua in auribus meis.* Quando ero dignus audi-  
 ro vocem tuam, quā me invites, ac voces ad te?

Quando mihi dicetur illa dulcis, ac divina vox *Veni?*  
 de terra ad caelum, de tempore ad aeternitatem,  
 a creaturis ad Creatorem. Veni ad Patrem tuum,  
 ad Deum tuum, ad finem tuum. *O veni, veni!*  
 promptus respondebo, *Venio, venio* sine dilatione, sine  
 mora venio, promptus & alacer. Venio ad meum  
 patriam, ad habitationem meam,  
 ad centrum meum; ut requiescam, & laudem Deum  
 meum, & suam Sanctissimam Matrem  
 in aeternum.



CON-